



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

294. De Barabba latrone, qui populo propositus cum Christo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXCIII.

*Pilatus Christum innocentem
declarat.*

I. **P**ilatus convocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Oblulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. *Luc. 23. v. 13. 14.*

II. Sed neque Herodes: nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. *Luc. 23. v. 15.*

III. Emendatum ergo illum dimittam. *Luc. 23. v. 16.*

MEDITATIO CCXCIV.

De Barabba latrone, qui populo propositus cum Christo.

I. **P**er diem autem festum solemnem consueverat præses populo dimittere unum ex vincetis, quemcumque petissent. *Marc. 15. v. 6. Matth. 27. v. 15.* Necesse habebat dimittere eis per diem festum, unum. *Luc. 23. v. 17.* Habebat autem tunc vincetum insigne,

M 5 signem,

signem, qui dicebatur Barabbas. *Matth. 27. v. 16.* Qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. *Marc. 15. vers. 7.*

II. Et cum ascendisset turba, coepit rogare, sicut semper faciebat illis. *Marc. 15. v. 8.* Est consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Quem vultis dimittam vobis; Barabbam, an IESUM, qui dicitur Christus? Vultis, dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes. *Ioan. 18. v. 39. Matth. 27. v. 17. & 18. Marc. 15. v. 9. & 10.*

III. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & justo illi; multa enim passa sum hodie per visum, propter eum. *Matth. 27. vers. 19.* Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabbam, IESUM verò perderent. *Matth. 27. vers. 20.* Pontifices concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. *Marc. 15. v. 11.*

IV. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quandam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem. *Luc. 23. v. 18. 19.*